47891/P

~~Zachariae~~
Seume

Ch. Franck

ARMA VETERVM CVM NOSTRIS BREVITER COMPARATA.

AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHORVM
LIPSIENSIS AVCTORITATE
D. XXVIII. MART. MDCCXCII.
H. L. Q. C.

DEFENDET

IOH. GOTTFR. SEVME
A. M.
CVM SOCIO AMICO
CARL SALOMO ZACHARIAE.

LIPSIAE
LITTERIS SOMMERIIS.
1792.

VIRO GENEROSISSIMO,

ILLVSTRI, AMPLISSIMO,

IOANNI IACOBO IGELSTRÖMIO,

BARONI LIVONO,

AVGVSTISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS

CLAVIGERO AC PROTRIBVNO,

DOMINO ILCENI ETC.

FAVTORI SVMMOPERE COLENDO

HOC

QVALECVNQVE OPVSCVLVM PIE

D. D.

A V C T O R.

VIR GENEROSISSIME,

ILLVSTRIS, AMPLISSIME,

FAVTOR SVMMA MIHI PIETATE VENERANDE,

Non quo more ſolent mittere homines ſcriptores haec mea ad Te proficiſcitur epiſtola; quamquam nec horum conſuetudinem omnino improbandam cenſeo, qui in re tenui gratiae ſibi conciliandae cauſa et patrocinii comparandi Viros Optimates ſolemni quacunque data occaſione verbis honeſte blandis alloquuntur. Hanc vero ad rem minime aptus ſum ego; quod, qui me ſatis norunt, et ſciunt et ſaepius reprehendunt. Sed prius Tibi me purgem, neceſſe eſt, quam verbum ad commendationem proferre licet. Fuerunt, qui me ingenio horridum, facie incomtum et obſoletum, moribus durum et male pertinacem accuſare non dubitarent. Hos autem, cum partim ſint viri, quorum iudicia ſuſpicio, haec de me ſentire,

tire, valde doleo; et magis doleo, quod, 'quomodo malo mederi poſſim, non video. Honeſtum eſſe et intrepide probum prima mihi fuit ſemper vltimaque vitae regula; nec alium videri alium eſſe vllo modo ſuſtineam, ſi vel maxime apud plurimos mihi meisque rebus obſuturvs videar. Satius mihi fuerit cum Catone mori, quam longos agere triumphos cum Iuliis. Aliorum revereor ſententias, iisque ad res acutius ponderandas impellor; ſed ſolam ſequor conſcientiam. Laetor ſi ciuium adprobationem aſſequi mihi contigerit; ſin minus, animus nil mali ſibi conſcius facile acquieſcit.

Filium Tuum, optimae ſpei iuuenem, mihi aeque ac parentibus cariſſimum, non diligo tantum, ſed amo merito vehementiſſime. Meo erga Illum amori, meoque erga Te officio an ſatisfecerim, non ego iudicare debeo: hoc verum audeo enuntiare, me Illo nil carius meaque pietate nil ſanctius habuiſſe, dum illi moderator ſtudiorum adeſſem, nec nunc habere, qui miro Eum animi affectu amplectar, Eiusque felicitatem lubenter omnibus meis commodis, ſi qua mea ſunt, anteponam. Sed verebar non ſine cauſa, ne morum meorum difficultas, quam omnes fere vt noſtrorum modorum hodiernorum minime ſequacem incuſare non desierant, Illi noceret, cum et Tibi Tuaeque coniugi, Foeminae primariae, me in eandem ſuſpicionem venire perſentiſcerem. Abii inuitus ab inuito, non ſatis aſſue-

tus

tus genio ſeculi, vt alii arguerunt et ipſe confiteor; non ſatis docilis viarum, quibus noſtri incedere ſolent. Satius duxi minus eſſe patientem quam male. Si quid fui in admonendo ſeuerior, in corrigendo durior, quod ſentio dixi, adieci rationes; amoris certe plena erant omnia. An vero nimia fuerit iſta mea conſtantia et in quibusdam obſtinatio, Ipſe, quem regendum acceperam, iudicet. Mihi vero Eius amor inter vitae ſuauitates delectatio eſt praecipua. Quod peccatum eſt, mihi peccatum eſt; me vero in terris omnium reſpicio vltimum, vbi de re lucri agitur; primum, vbi de recto oritur quaeſtio. Nil nunc dubito, cum iam ex modeſtia liberius loqui poſſim, Tibi Hunc talem filium vel publice gratulari, qui omnibus aeque bonis viris et peritis commendatur a ſingulari ſtudiorum amore et literarum tractatione aſſidua, quique ob praecipuam modeſtiam morumque comitatem et elegantiam adamatur omnibus. Decus familiae ſolamenque parentum ſeſe promittit futurum, qui tantulo temporis ſpatio tantam iam hauſerit doctrinae copiam ex fontibus limpidiſſimis; quod vt Tibi et matri feliciter eueniat et precor et ſpero.

De hac mea ſcriptiuncula nil eſt quod dicam. Argumentum a Te non putaui alienum, qui in his rebus es verſatiſſimus, et Ipſe militiae ordines atque honores tenuiſti. Tu vero et verbis coram et literis abſens non comiter ſolum et honorifice ſed amice etiam me cum compellaueris, animum mihi auxiſti. Quem magis

huic

huic meo libello patronum et iudicem quaeram, quam qui optime omnium, quos propius nouiſſe mihi contigit, rem militarem didicit caſtrisque excoluit? Eſt quidem hoc meum tirocinium; ſed eſt et velitatio non indigna ducum diligentia. An quid auſus ſim perperam, Tu iudicabis; et condonabis, ſi quid. Numen ſummum Te, Vir Illuſtris, coniugi, filio totique familiae longam adhuc annorum ſeriem tueatur et incolumem conſeruet; ex qua Tua Tuorumque felicitate nemo maiori adficietur voluptate, quam ego

NOMINIS TVI AMPLISSIMI

PIE MIHI VENERANDI

Lipſiae
Id. Mart. MDCCXCII.

cultor obſtrictus
IOH. GOTTFR. SEVME.

ARMA

ARMA VETERVM
CVM NOSTRIS
BREVITER COMPARATA.

I.

Niſi mihi, meam qualemcunque ſcientiam aliis tradituro, ex moribus et inſtitutis majorúm ſatis ſapienter factis neceſſitas incumberet aliquid ſcribendi, haud facile, fateor, eo audaciae proceſſiſſem, qui nunc in publicum prodirem, cum viris grauiſſimis atque doctiſſimis rem diſceptando tractaturus ex literarum ambitu ſumtam. Non ſum enim is, cui inſit ingenii vis et doctrinae copia; nec verborum habeo facultatem nec ſermonis facundiam. De more mihi res agitur, ingenue confiteor; quare ſi quid lapſus fuerim, ſi quid dixerim non ſatis venuſte, non ſatis pure, ignoſcant rerum periti et edoceant. Ad argumentum accedamus. Cur hoc tale mihi ſumſerim in promptu eſt explicare; quia ſcilicet perſuaſum mihi habebam, niſi hoc mediocriter bene verſarim, me alia omnia fruſtra tentaturum fuiſſe. Hiſtoriarum campi iam ſat meſſorum habent, politicen nil curo; iura non egent cultoribus, ad philologiam penus non ſufficit; in philoſophia moui quidem multum, ſed nihil promoui. Sat ſapiam ad vitam, caetera nil moror; quia quantumuis moliar altioribus cir-

cumfundor tenebris. Caſtris ipſe incideram, anguſtam ipſe cum Flacco pauperiem pati conſuefactus miſere in litore Columbi, quem nec regum iniuſtitia nec improbitas ſeculi potuit fraudare honoribus debitis. Saepius ante tentorium ſuper armis commenſales fuere Caeſar perditor patriae et Thucydides, quem Pericles oderat pragmaticus. Non abſtulit me veterum coeca veneratio; ſed tenuit eorum ingenium, virtus, conſtantia. In multis ad noſtra vsque tempora antiqui nobis optima ſunt exempla. De aliis alii dixerunt, de re militari quamuis etiam plures, non tamen tam numeroſa eſt eorum cohors, quam aliorum ſcriptorum. Sunt qui de tactica arte multa multo cum ingenio et labore diſputauerunt. Sunt qui veterum militiam prae noſtra in omnibus probent; ſunt qui rerum haud ſatis gnari antiquos plane contemnant, noſtra immodice laudantes. Sunt et miſcelliones, quibus ego accedo. Plures acierum praecipue rationem explicare laborarunt, eamque diligentiae et ſtudiis virorum militarium commendant. Hos non reprehendo. Sed nemo poſt Lipſium, quod ſciam, de armis veterum atque de noſtris ita diſſeruit, ut eorum inuicem rationem prolixius oſtendere conaretur. Omnes fere putant, immo certiſſime ſibi perſuaſum habent, noſtra arma in omnibus longe eſſe potiora, ex quibus non ego. Hanc igitur mihi hac occaſione cepi dicendi materiam, vt adpareret, me militem olim gregarium non ſemper obdormiuiſſe ſuper ſarcinas nec inter vilia repſiſſe, vtque meorum laborum et aerumnarum apud amicos extaret aliquod leue quamuis monumentum. Grauiſſima eſt et ſtudiis ſummorum virorum digniſſima res; cui etſi minus humeri mei ſufficiant, gloria tamen erit tentaſſe aliisque praebuiſſe doctioribus et peritioribus, quod perſequi penitius poſſint. Itaque quod in capite dixi, comparationem, vtcunque pro tenuitate doctrinae potero, armorum veterum, Romanorum praecipue cum noſtris inſtituam. De Romanis praecipue dico; quia haec nouimus omnem fere terrarum orbem deuiciſſe, et paucis mutatis omnes terrae populi apud antiquos in bello clariores cum iis in armatura conſentiunt. Breuiter pro ſcopo noſtro expono; qui vberius hac de re percipere volunt, ipſi libros militares adeant, quorum ſat magna eſt copia. Veterum arma primo recenſebo, deinde ad noſtra veniam; his

vero

vero explicitis comparatio ad ſinem, quae ſumma operis eſt, adiicietur.

2.

Vulgata illa armorum diuiſio eſt et ab omnibus iure recepta, quam et ego ut rei maxime conſentaneam ſequendam arbitror; in arma ſcilicet proprie ſic dicta, et tela. Tegmnina ſunt illa corporis contra ictus hoſtis irruentis, ad repellenda tela et vulnera euitanda, et Graecis ὅπλα vel σκεπαι dicuntur; haec vero inſtrumenta omnia pernicioſa ac mortifera, quibus aduerſarios petimus, ac caeſim punctimue quauis ratione deſtruere hoſtem conamur, et βελων vocabulo apud Graecos veniunt. Ex illis ſunt omnia ſcutorum genera, caſſides, loricae, ocreae; ex his gladii, haſtarum diuerſae ſpecies, ſagittae reliquorumque telorum apparatus innumerus, quem breuiter, ut potero, ſuo loco attingam. Tormentorum expoſitionem machinarumque ad obſidiones et expugnationes oppidorum veteribus excogitatarum praetereo; quia non fert mei propoſiti ratio, nec ſpatium admittit huic diſſertatiunculae deſtinatum, et vltra vires eſſet.

3.

Merito ſcuta, quae hodie nulla ſunt, apud omnes antiquitatis populos, qui bello claruerunt, primum obtinuerunt locum, quia in iis totius corporis praecipuum tutamen atque praeſidium poſitum erat. Siniſtris ea geſtantes milites contra omnia telorum genera tecti et, quantum permittit rei natura, tuti ſine crebris vulneribus vsque ad haſtarum et pilorum miſſionem ad hoſtes accedere poterant. Tum cominus res gerebatur; et in ipſa pugna ſtataria ſcutum maximam incolumitatis praebebat fiduciam. Graeci veteres magnis vtebantur clypeis rotundis, corio bouino et inſuper aere obductis, quos ασπιδας vel voce magis poëtica σακη vocabant, variisque figuris caelare ſolebant; cuius rei innumera ſunt exempla apud poetas, apud Homerum praecipue. Multi etiam diligentiores fuerunt et exquiſitiores in deſcribendis ſuorum heroum clypeis; quos, quia neminem fugiunt, vt breuitati conſulam, praetermitto. Iphicrates ſecundum auctores antiquos

haec magna aenea pondera, nimis grauia et minus commoda ratus primus mutauit, et minores dedit clypeos, quem deinde plerique Graeciae populi ſecuti ſunt; et Philopoemen praecipue, cui multum Graecorum militia debet, eius rationem non ſolum imitatus eſt, ſed etiam magis excoluit. Romanis etiam in vſu fuerunt iſti magni aenei clypei, quos argolicos dixerunt; ſed iam ſub Romulo eos mutatos legimus poſt deuictos Sabinos. Plutarchus enim de iis dicit: *Θυρεοις τοις εκεινων εχρησατο ὁ Ρωμυλος, και μετεβαλε τον ὁπλισμον ἑαυτȣ τε και των Ρωμαιων Αργολικας προτερον ασπιδας φορȣντων*; quamquam ſunt, qui hanc armorum mutationem Seruio Tullio vindicent. Nihil, ut puto, difficultatis eſt. Romulus incepit rem; Seruius vero, qui alter Romae quaſi conditor Quiritibus extitit, melius inſtituit, firmauit et legibus ſanxit. Pro haſtis longis hic quoque pila ſuis ciuibus dedit; ſed haec ſunt longiora.

4.

De ſcuto Romanorum, quod Graecis a forma *θυρεος* dicitur, et quo usque ad tempora virtutis bellicae euaneſcentis vſi ſunt, paulo expreſſius dicendum. De iis Polybius, optimus ſcriptor: *Εϛι δε ἡ Ρωμαιοις πανοπλια πρωτον μεν θυρεος, ȣ̔ το μεν πλατος εϛι της κυρτης επιφανειας πενθ᾽ ἡμιποδιων, το δε μηκος ποδων τετταρων. Ὁ δε μειζων ετι και παλαιϛαιος, εκ διπλȣ σανιδωματος ταυροκολλῃ πεπηγως οθονιω· μετα δε ταυτα μοσχειω δερματι περιειλεπται την εκτος επιφανειαν.* Satis clare ad formam ſibi fingendam: deinde adiicit, ei fuiſſe in curuatura circa inferam ſuperamque partem ferreum munimentum ad defendendos gladiorum ictus. Hoc vero a Camillo profectum et alii et clariſſime Plutarchus docet, vbi de eo loquitur: *Ειδως δε της των βαρβαρων αλκης την βιαιοτατην εν ταις μαχαιραις ȣσαν, ἁς βαρβαρικως και συν ȣδεμια τεχνῃ καταφεροντες ωμȣς μαλιϛα και κεφαλας διεκοπτον, εχαλκευσατο μεν τα κρανη τοις πλειϛοις ὁλοσιδηρα και λεια ταις περιφερειαις, ὡς απολισθαινειν η καταγνυσθαι τας μαχαιρας· τοις δε θυρεοις κυκλω περιηρμοσε λεπιδα χαλκην, τȣ ξυλȣ καθ᾽ αὑτȣ τας πληγας μη ϛεγοντος. Αυτȣς δε τȣς ϛρατιωτας εδιδαξε τοις ὑσσοις μακροις*

δια

δια χειρος χρησθαι, και τοις ξιφεσι των πολεμιων υπερβαλλοντας εκδεχεσθαι τας καταφορας. Hic locus eximius et hiſtoriae militari plane aureus omnia Camilli in rem publicam merita luculentiſſime ſummam ad viri dignitatem exponit; et paulo poſt auctor noſter huius inuentionis vtilitatem et caedes Gallorum, contra quos intendebatur, grauiſſime deſcribit. Firmiſſima ſcuti pars, in qua maximum robur et omnium reliquorum armorum telorumque vſum ſuperans poſitum eſſe exiſtimabatur, erat ferreus vmbo contra vehementiores lapidum ictus et haſtarum vim. In hoc et firmando et ornando plurimum diligentiae et artis adhibuerunt veteres; vnde apud poëtas maxime multae dictiones ab eo ductae occurrunt. Apud Romanos et ferro erat optime munitus, et gibbo vel clauo quatuor digitos erecto, et aere ſplendido politus ad terrendos hoſtes, equitum praecipue turmas. *Την γαρ λαμπροτητα συμβαλλεσθαι μαλιϛα προς εκπληξιν των υπεναντιων*, ait de Philopoemene Polybius. Quantam vim autem ſcutum a brachio valido illatum habuerit, illud Mallii, viri conſularis exemplum doceat, qui cum Galli Capitolium ſcandere coepiſſent vnum ex iis *θυρεω παταξας εις το προσωπον ωσεν οπισω κατα της πετρας*, vt Plutarchus narrat. Magnitudo igitur ſcutorum a Polybio, vt vidimus, exhibetur in latitudinem *πενθ᾽ ημιποδιων*, in longitudinem vero *ποδων τετταρων.* Fuerunt etiam, vt dicit, quae eam palma vna excederent; hoc idem legimus apud Vegetium ſequioris aetatis ſcriptorem. Triariorum, veteranorum et decurionum fuerunt haec maiora ſcuta: legimus enim apud Aelianum, maius et rotundum ſcutum triarios habuiſſe praeter haſtam, quae iis erat peculiaris, cum caeteri legionarii pilis pugnarent. Aptum ideo erat ſcutum ad totum corpus tegendum, ita vt miles capite caſſidem geſtans et pedibus ocreis indutus intrepidus contra hoſtem progredi poſſet et propemodum tutus vulnerum. Quae vero in monumentis conſpiciuntur ſcuta, in columnis Traiana et Antonina, quo ad caetera ſatis quidem reſpondent iis, quae veteres auctores obſeruarunt, ad magnitudinem vero, vt mihi videtur, non accedunt; quippe quae vix pectora et ventrem contegant, omnemque faciem et maximam femorum partem nudam ſinant. Quam rem, cum omnes veteres ſcriptores in magni-

tudine

tudine conſentiant, ex artificum ingenio mihi explicare poſſe videor, qui minora et breuiora finxerunt, ob id ipſum ne totum hominis corpus contegeretur, in cuius pulcritudine exprimenda ars maxime verſabatur, nec moles militis nimis inuenuſta exhiberetur. Duas quodlibet habebat anſas, vnam maiorem ferream ad inferendum brachium vsque ad vlnam et ſine moleſtia geſtandum, quae Graecis *οχανον* dicebatur; minorem alteram coriaceam, vt coniicimus ex auctoribus, ad commode dirigendum, Graecis *πορπακα* dictam, quam palma tenens miles, quocunque libuiſſet, vt res poſtulabat, ad excipiendos ictus ſcutum facile mouebat. Huic alteri non inuenio nomen apud latinos; vnde fortaſſe Iulius Africanus vnam tantummodo anſam ſcutis Romanorum tribuit. At cogitare non poſſum, quo tandem modo tam ponderoſa moles vna anſa geſtari, commode moueri et dirigi potuerit; neque ſcuta in marmoribus cum vnica conſpiciuntur, ſed binas omnia habent more Graecorum. Cares fuere, qui primi pro loris anſam ferream in ſuis ſcutis habuiſſe dicuntur; vt etiam galeis criſtam addidiſſe feruntur ab Herodoto, qui ſtudioſis rei militaris ſatis commendari non poteſt. Eſt enim in deſcriptione armorum, vbi de Xerxis exercitu narrat, diligentiſſimus, luculentiſſimus omnium et elegantiſſimus. Mihi vero fit veriſimile, Cares, qui a multis laudantur ob belli gloriam, ferream anſam addidiſſe tantum clypeis ad meliorem commoditatem, cum iam antea vterentur loris. Caeterum et Romanos lora habuiſſe in ſuis ſcutis vel ex eo certiſſime patet, quod ea plerumque tergo geſtare in itinere ſolebant.

5.

De ſcutis reliquorum antiquitatis populorum non eſt quod pluribus diſſeram. De Aegyptiorum ſcutis permagnis, et haſtis longiſſimis Xenophon paſſim in operibus loquitur; Xenophon, cuius vel vnius lectione Lucullum imperatorem factum eſſe narrat Cicero. De Hiſpanis Galliſque Liuius habet, eos iisdem fere vſos fuiſſe ſcutis, non vero iisdem gladiis. Gallorum enim fuiſſe longos, ſine mucrone, magna lamina ad caedendum inſtructos; Hiſpanorum vero, punctim magis quam caeſim ferire aſſuetorum,

rum, breuitate habiles et cum mucronibus. Germani ab antiquis paſſim reprehenduntur ob negligentiam ſcutorum, quae illis fuerint longa quidem ſatis, ſed ad defendendum corpus non ſatis lata; et a Tacito non niſi vimine texta, nec ferro firmata nec corio obducta dicuntur. Parmae fuerunt velitum et equitum; priorum vero paulo maiores et firmiores. De iis Polybius: *Ἡ δε παρμη και δυναμιν εχει τη κατασκευη και μεγεθος αρκουν και προς ασφαλειαν· περιφερης γαρ ουσα τω σχηματι τριποδον εχει την διαμετρον.* Haec fere ſimilis fuit Graecorum peltae; quamquam eorum peltaſtae a velitibus Romanorum recedere et magis ad cetratos Hiſpanorum venire videntur. Hiſpanos vero, ex quo cum Romanis bella gerere coeperunt, arma Romanorum imitatos eſſe ex multis Iulii Caeſaris capitibus eſt veriſimile, in quibus ſcutatorum apud Hiſpanos crebra fit mentio; id quod inde a temporibus belli punici ſecundi et deinde ſub Sertorio maxime factum eſſe crediderim. Quanto honore fuerint ſcutum et haſta, ſcutum vt armorum tutaminumque optimum, haſta, vt telorum acerrimum maximeque tremendum, plena eſt vetus hiſtoria exemplorum. Prouerbiorum a propugnaculo clypei tractorum omnibus antiquitatis gentibus magna fuit copia; quod vel noſtra volumina ſacra ſaepius probant. Apud gentiles ad ſacrificia etiam vſurpabantur. De ſacris magnae deae Thucydides: *Μετα γαρ ασπιδος και δορατος ειωθεσαν τας προπομπας ποιειν*; quo loco pluribus narratur, Athenienſes hac occaſione in armis tyrannis nil ſuſpectos ſeſe in libertatem vindicaſſe. De Saliaribus Romanorum Plutarchus: *Φοινικους μεν ενδεδυμενοι χιτωνισκους, μιτραις δε χαλκαις υπεζωσμενοι πλατειαις και κρανη χαλκα φορουντες εγχειριδιοις δε μικροις τα ὁπλα κρουοντες.* Quae vero arma pulſare potuiſſet ſacrum hoc collegium, niſi illa ancilia, quae cuſtodiebant et hac pompa ſolemni per vrbem ferebant? Scutum prodidiſſe apud omnes fuit ſummum dedecus. Suadebatur Athenienſibus *τον ριψαντα θανατω ζημιουσθαι*; et miſere hanc ob rem ludis ſcenicis lacerabatur Cleonymus a comico Ariſtophane. Fortiter pro patria mortuos ſuper ſcuto referebant commilitones ex pugna: quod vero ſpectaculum auguſtius, quam ciuis pro cara coniuge cariſque liberis proelio caeſus ſuper his ipſis armis, quibus

bus immotus ſteterat viceratque moriens, propinquis reſtitutus? Triſte viſu, ſed glorioſum! Quis non meminit illius Lacaenae mulieris praeceptum clypeo filium ornantis: aut cum hoc, aut in hoc redi? Clypeos pro cunis fuiſſe Laconibus Theocritus ſignificat, qui de Hercule puero habet, eum poſitum fuiſſe *χαλκαν επ' ασπιδα*. Sed ſufficiant haec de ſcutis.

6.

Ad alia muniminum genera transeam neceſſe eſt, ne mihi iuſto modo rem tractandi ſpatium deſit. Qui plenius perdiſcere volunt, ſciunt vnde ſit hauriendum. Sequatur thorax, latinis lorica dictus, quo ad maiorem ſecuritatem, ſi telum ſcutum penetraſſet, corpus induebatur. Lorica latinis, vt putant, quia ex loro corio crudo plerumque conficiebatur antiquitus. Hunc apud Graecos iam inde a primis temporibus in magno honore fuiſſe, neminem fugit. De confectione loricarum apud Graecos et Romanos non multa mihi occurrerunt loca, praeter quae a poetis vtriusque linguae ſatis copioſe hanc in rem prolata leguntur. In his accuratiorem eſſe nil profuerit, cum iam verbo cognoſcatur, quae ſit ſquamata lorica, quae hamata, quae poſterior et catenata, Graecis *αλυσιδωτος*, dicitur. Harum illa plebeiorum et tenuiorum fuit, haec vero nobiliorum et lautiorum. De Graecis Pauſanias dicit: *Των θωρακων δυο ην χαλκα ποιηματα, το μεν στερνω και τοις αμφι τον γαστερα αρμοζον, το δε ως νωτου σκεπην ειναι*; et in memorandis de Socrate, vt memini, Xenophon habet dialogum lepidiſſimum de loricarum fabricatione. Ob has partes binas puto apud veteres interdum loricas ipſas vocari duplices, neque intelligendum eſſe, ac ſi duos vnus thoraces indutus fuerit. Apud Graecos ferreae loricae vt iuſto grauiores inde a tempore Iphicratis in deſuetudinem abiiſſe videntur; cum pro iis lineas arte firmatas vt fere aeque duras et multo leuiores legamus datas eſſe. Cataphracti apud equites manſerunt. Haec vero in plerisque Romani imitati ſunt, quorum hoc erat eximium atque cordatum, quod omnia quae quocunque in populo bona et vtilia in foro et caſtris viderent, ea ſibi ex templo vindicare non dedignarentur. De ſemithoraciis, quae Alexander Macedo ignauis militibus

tibus dederit, vt contra hoſtes quidem tecti pugnare poſſent ſine magno metu vulnerum, terga vero vertentes nudi telis conficerentur, narrat Polyaenus; quam rem an Arrianus aliique ſcriptores fide digniores agnoſcant, non ſatis memini. De Parthorum loricis exquiſite expoſitum eſt apud Suidam in fragmento; et de Sarmatis, qui ex vnguibus equinis ſuos thoraces fabricare conſueuerant Pauſanias curioſe magis habet et ingenioſe, quam utiliter. Ex Arriano de loricis Guiscardus Icilius luculenter et perſpicue patrio ſermone: Les cuiraſſes etoient faites pour la pluspart d'un tiſſu de lames coupées en ecailles, ou d'un fil de fer, dont les petits anneaux enlacés formoient une maille.

7.

Ad capitis munimentum venio, quod apud diuerſos antiquitatis populos et materia et forma maxime fuit diuerſum; et facile qui animum induxerit maiorem quam de ſcutis Caryophilus librum nec minus lepidum et iucundum componere poſſit. De caſſidibus antiquiſſimis ſatis conſtat ex Homero aliisque poetis. Alexandri caſſidem ſic deſcribit Plutarchus: *Το δε κρανον ην μεν σιδηρουν, εστιλβε δ' ὥσπερ αργυρος καθαρος, εργον Θεοφιλου· συνηρμοστο δ' αυτω περιτραχηλιον ὁμοιως σιδηρουν λιθοκολλητον.* Hoc peritrachelio a communi graecarum caſſidum forma receſſit haec Alexandri, ſi quidem Iulio Africano fides habenda eſt, qui dicit, maxillas Graecorum caſſide non tectas fuiſſe ſed nudas, et in hoc Romanos eſſe potiores, qui laminas ab vtraque parte caſſidi iungant, et ita malas et collum defendant contra ictus lapidum, glandes fundarum et omnia tela a latere miſſa; quod Guiscardus ad hunc auctorem optime ſuo vernaculo expreſſit. Dans ces melées deceſſives les Romains bleſſoient les Grecs au cou, qu'ils avoient découvert, avant que ceux ci puſſent prendre l'attitude convenable pour ſe mettre en defenſe. Polybius optimus alias vbique in re Romanorum militari dux, clare quidem hic, vt ſolet, non vero ſatis plene explicat. Poſtquam de caeteris eorum armis expoſuit atque de ipſis ferreis caſſidibus dixit, progreditur: *Επι δε πασι τουτοις προσεπικοσμουνται πτερινω στεφανω, και πτεροις φοινικοις η μελασι ορθοις τρισιν, ὡς πηχυαιοις το μεγεθος· ὧν*

προσθεντων κατα κορυφην ἁμα τοις αλλοις ὁπλοις, ὁ μεν ανηρ φαινεται διπλασιος ἑαυτου κατα το μεγεθος, ἡ δε οψις καλη και καταπληκτικη εστι τοις εναντιοις. Recte quidem quoad rationem et vſum criſtarum. Hac ipſa de cauſa ſigniferorum galeae tectae fuerunt pellibus vrſinis, vt ſcilicet terribiliores hoſtium oculis apparerent. At ex aliis Polybii locis patet, Romanorum colla caſſide ſatis tecta fuiſſe; quod in caſſide Alexandri praeter conſuetudinem obſeruatur a Plutarcho. Caeſarum iam temporibus caſſides ex aere in deſuetudinem abiiſſe videntur; quod iis centuriones tantum et ſuperiores ordines decoros fuiſſe et inſigni criſta conſpicuos docet Vegetius, qui de hac imperatorum indulgentia et negligentia alte conqueritur. Ad alios etiam vſus galeas eſſe adhibitas vel tironibus notum eſt; vt ad terram ad aggeres portandam, ad ſortes iaciendas, ad aquam hauriendam. Qua de re de Alexandro locus eſt apud Polyaenum, quem ob animi viri magnitudinem et prudentiam conſiliorum hic inſeri non aegre ferent lectores. *Αλεξανδρος την ανυδρον ὁδευων αυτος δε επονει υπο διψους και οἱ Μακεδονες. Οἱ κατασκοποι της χωρας εν κοιλη πετρα σμικρον ὑδατιον εὑροντες τουτο βαλοντες επι κρανος Αλεξανδρω κομιζουσιν. Ὁ δε τη στρατια δειξας, ὡς ευθυμειν χρη φανεντος ὑδατος, αυτος μη πιων εξεχεε το κρανος παντων ορωντων. Οἱ Μακεδονες αλαλαζοντες εκελευον αυτον ἡγεισθαι, της ὁδου προς το διψος ευρωστως αντεχοντες δια την του βασιλεος εγκρατειαν.* Hoc idem de Catone Vticenſi narratur cum ſuis per deſerta Lybiae proficiſcente, qui virtutibus fultus magni cenſoris ſolus fere ſtetit mole ſua contra ſeculi irruentem peſtem, et criminibus ciuium impar ipſe mori maluit, quam patriam dignitatem mortuam videre. Quae de Gallorum Germanorumque galeis dixerunt Diodorus et Plutarchus, mitto. Aliorum antiquiorum populorum galeas earumque formas graphice, vt ſolet, depingit Herodotus, vbi diuerſas exercitus Perſici nationes recenſet; cuius loci lectionem ſummam non modo vtilitatem viro militari ſed maximam etiam iucunditatem allaturam puto.

8.

Ocreae reſtant, de quibus pauculis verbis dicendum. Eas primo Graecorum fuiſſe notiſſimum eſt, apud quos inter antiquiſſima armorum genera numerantur; vnde apud Homerum ſemper honorifice appellantur *ευκνημιδες Αχαιοι.* De auxiliis graecis in exercitu Cyri iunioris, quorum dux poſt mortem Clearchi ipſe fuit Xenophon, in expeditione ſcriptum: *Ειχον δε παντες κρανη χαλκα, και χιτωνας φοινικες και κνημιδας και τας ασπιδας εκκεκαθαρμενας.* Vtroque crure Romanis tribuit ocreas Arrianus; Vegetius vero dextro tantum, quocum Polybius conſentit in expoſitione armaturae Romanae. Hic etſi pedem non dicat, cui induatur, de ocrea tamen ſingulari numero loquitur. Dextrum crus Vegetius ea munitum dicit, quod prorumpere hoc ſolebant milites, cum pila mitterentur; ſiniſtrum vero a ſcuto putabatur protegendum. Rara ſunt ocrearum exempla in marmoribus, vt recentiores obſeruant, ac pene nulla. Cauſam aſſequi non poſſum; niſi ex ingenio artificum ſit explicandum, vel quod ex illis aureis rei publicae Romanae temporibus monumenta non habeamus, et ſequiore aetate diſciplina penitus interierit. In Caeſare nullam earum inuenio mentionem; ſed hic harum minutiarum negligens fuit, qui Romanis ſcriberet et imperator. Ex Polybio aliisque ſatis conſtat, eas in vſu fuiſſe.

9.

Ad tela venio, expoſitis quae ad protegendum militem ſeruiunt. Horum omnium primum eſt, quamquam non proprie telum dicendum, gladius. Graecis duos fuiſſe legimus; maiorem *ξιφος* dictum, et minorem, quem *μαχαιραν* vocabant, quique magis ad formam pugionis accedebat et ad varios caſtrorum vſus adhibebatur, vt ad carnes hoſtiarum in ſacrificiis ſecandas, quod ex Homero diſcimus. Non inuenio quid hac in re mutatum fuerit apud Graecos poſt tempora antiquiora. Romanis etiam primis temporibus maiores fuiſſe et longiores gladios, eo mihi fit veriſimile, quod reperimus, eos vſu edoctos hiſpanicos ſibi ſumſiſſe firmiores et breuitate habiles cum mucronibus, vt punctim

 magis

magis quam caeſim ferirent, quanquam et ad caedendum erant vtiles. Hi fuerunt peditum, praecipue legionariorum; equitum fuerunt longiores, vt fert natura, quamquam et ipſi magis ad pungendum quam ad caedendum vſurpati, et ſemper apud auctores graecos, qui de re Romana ſcripſerunt, *ξιφη* vocati. De vtrisque Polybius. *Οἱ δε Ῥωμαιοι ουκ εκ καταφορας αλλ' εκ διαληψεως ορθαις χρωμενοι ταις μαχαιραις, πρακτικου περι αυτας του κεντηματος ὑπαρχοντος, τυπτοντες εις τα στερνα και τα προσωπα διεφθειραν τους πλειστους·* et alio loco de gladiis equitum: *επειτα οἱ μεν εισακοντιζουσι τας λογχας, οἱ δε τους ὁμοσε χωρουντας τοις ἱππικοις ξιφεσι μακροτεροις ουσι παιοντες πολλους εξεριπτουσιν ἡμιθανεις.* Quae Plutarchus de grauitate gladiorum Romanorum teſtatur, eos ſcilicet *ὑπο βαρους και καταφορας δια παντος ὁπλου χωρειν επι τα σωματα*, id vero neſcio an probari poſſit, niſi de hoſtibus intelligatur fere more barbarorum et modo velitari armatis: praeſertim cum dicat, eos caeſim pugnaſſe, in quo maxima gladiorum vis et optimus vſus non conſiſtebat. Caeterum ſcutis et gladiis praecipue Romanos confiſos eſſe, Polybius auctor eſt: plus tamen prudentiae et incolumitatis in ſcuto, plus virtutis, artis et animi gladio ſpectari vel ſponte tirones intelligant. Vnde illud Scipionis, cum militem videret cum ſcuto pulcre adornato ad perſtringendum hominis indolem ingenioſe dictum: nil mirum ſcilicet, qui plus praeſidii in ſcuto quam in gladio fiduciam ponat. Tempore ſequiori Romanos etiam pedites habuiſſe maiores enſes, Spathas voce barbara dictos, aliosque minores, quos ſemispathas vocabant, narrat Vegetius, qui, vtcunque a multis diuinis laudibus extollatur, vel plane contemnatur ab aliis, mihi ſcriptor videtur pluribus in rebus admodum probabilis; nec eius querelas inanes et philoſophiam militiae praepoſteram cenſuerim. De magnis Gallorum enſibus, e ferro haud ſatis duro factis lata cum lamina ad caedendum, iam dixi, et quomodo Camillus ictus eorum irritos reddiderit, vbi de ſcuto et galea expoſui. Romanos tironibus in exercitiis ſcuti loco crates dediſſe vimine tectas duplo quam communia ſcuta grauiores Vegetius indicat; et gladii loco clauam, quibus ad palum quotidie exercitium faciebant; vt arma ſcilicet poſtea leuiora iis non eſſent oneri. Hac in re recte homi-

homines noſtri Romanos ſequuntur, grauiſſima ſemper arma tironibus eam ipſam ob cauſam adſignantes.

10.

Ad haſtas accedo earumque diuerſas ſpecies. Haſta antiqua Graeca fuit omnium, quas nouimus, maxime memorata, quae et apud Homerum et alios poetas dignis laudibus celebratur. Macedonum sariſſae antiquis aetatibus fuerant longiſſimae, ſed hac ipſa de cauſa nimis inhabiles; quare et poſtea iis aliquid ademtum, ita vt melius regi et vibrari poſſent, et ad repellendos hoſtium equites maxime eſſent idoneae. Haec forma magis ad veterum haſtarum formam redibat. Caeterum non inuenio, eas, vt pila Romanorum pro iaculis miſſas fuiſſe ad vulnerandum eminus, niſi vbi inutiles fore in pugna a milite credebantur, et ad gladios res redierat. Romanorum proprium telum et maxime tremendum erat pilum, quod regum extremo tempore introductum traditur, et poſtea crebris bellis magis excultum eſt. An, vt ſcuta, pila etiam a Sabinis acceperint Romani, mihi non liquet: certum eſt, eos mirum in modum his promouiſſe rem, cum hoſtes maxime ea formidarent. Telum fuit paulo plusquam ſex pedes longum, cuius tertiam fere partem a cuſpide occupabat ferrum vncinatum, duabus laminis et ferreis clauis haſtae infixum. Bina geſtabant, maius vnum, de quo diximus, et minus, quod quatuor pedum longitudinem non excedebat. Hoc e longiori mittebant diſtantia; illud poſtquam propius acceſſerant. De ſtrage, hoc telo facta Florus, vt ſolet, graphice, vere tamen et cum aliis: nil terribilius fuit ipſo vulnerum adſpectu, quae non ſpiculis, neque ſagittis neque graeculo vllo ferro, ſed ingentibus pilis nec minoribus adacta gladiis vltra morem patebant. Qui gladii non minores non hic ſunt longi, quales non fuiſſe ſcimus; ſed firmi, lati, laniarii, terribiles, vt Polybius docet, quorum figuras, qui volet, videat in Montefalconio ex marmoribus deſcriptas. Pila fuerunt legionariorum, exceptis triariis, quibus Polybius haſtas, graecis fere ſimiles tribuit. Poſt haſtatorum nimirum arma expoſita progreditur: Ὁ *δε αυτος τροπος της καθοπλησεως εστι και περι τους πριγκιπας και τριαριους, πλην αντι των*

ὑσσων

ὑσσῶν οἱ τριάριοι δόρατα φορεσι. Plutarchus loco ſupra citato, quae hic Polybius δόρατα, μακροτέρες ὑσσες vocat. Cum his etiam Liuius facit, qui de iis: Triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, haſtas ſurrecta cuſpide in terram fixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenebant. Et legimus paſſim apud auctores, apud Plutarchum praecipue, Romanorum tribunos triariorum haſtas pro pilis dediſſe principibus et haſtatis, qui antiquiſſimis temporibus eas habuerant, ideoque hoc nomine dicti videntur. Idque factum eſt maxime contra longos Gallorum irrumpentium gladios, vt ex illo, quem ſupra recenſui, loco vidimus. Apud Caeſarem eiusque aetatis ſcriptores haſtarum nulla mentio facta legitur. Pila Romanis facile ſuffeciſſe ad repellendum equitatum cum ex plurimis Caeſaris capitibus pateat, tum etiam optime ex Arriano perſpicitur, qui et modum explicat in mandatis, quae ante proelium contra Alanos militibus dedit. Guiscardi Icilii verbis vti liceat. Les hommes du premier rang preſenteront leurs pilums à l'approche de l'ennemi. On aura ſoin d'avertir le ſoldat de tenir la pointe du fer à la hauteur du poitrail des chevaux. Ceux du ſecond, du troiſieme et du quatrieme rang ſeront dans l'attitude de les lancer. On leur enjoindra de bien ajouſter leurs coups dans l'occaſion àfin d'abattre homme et cheval. On ajoutera le neuvieme rang d'archers.

II.

Minora iacula fuerunt frameae equitum et veruta leuis armaturae, minoribus legionariorum pilis fere aequalia, quorum quinque vel ſeptem quisque habere debebat. De his Liuius, aliique pluribus locis. Miles leuis armaturae, ait Liuius, tripedalem habet parmam, et in dextra haſtas, quibus eminus vtitur. Gladio hispanenſi eſt cinctus: quod ſi pede collato pugnandum eſt, translatis in laevam haſtis gladium ſtringit. Haud ſatis accurate, vt ſaepius ſolet; ſed non poſſum ob breuitatem mihi praeſcriptam perſequi. Haſta velitaris dicebatur, quia velitibus vſitata, verutum et verriculum a forma. Iis vero et equitum frameas ſimiles fuiſſe valde veri eſt ſimile, praeter quam quod hae

non

non ſolum a cuſpide ſed et ab infera parte ferratae erant, vt fracta cuſpide inuerti ad pugnam poſſent. Iaculatorum qui ſtrictiori ſenſu dicebantur tela eadem fuere ac reliquorum velitum, paulo modo leuiora; quia ſeptem ſemper quisque geſtabat, vt narrat Liuius. Non poſſum de haſtis finire, quin de amentis paucula dicam. Quid vero fuerit amentum, neſcio. Satis notum eſt apud auctores amenta vel lora ſoluere nil aliud eſſe, quam ad pugnam accingi: quomodo vero vſus amentorum pilis maiorem vim iniicere potuerit, non cepi ex locis, quae mihi legiſſe contigit vel in auctoribus ipſis vel in libris recentioribus commentatorum. Quae huc vsque ſenſi, taceo, quia veteribus libris omnia repugnare video. Ex hac vero amentorum idea quid maius, quid virorum ducum probatione dignius oriri poſſit, ingeniis militaribus ponderandum relinquo. Haſta ſublata Graecis, vt et clypeus erectus ſaepe fuit ſignum proelii incipiendi, vt Thucydides refert: et quantum huic telo tribuerint Romani, ex conſuetudine concludi poteſt, quod ab antiquiſſimis inde temporibus ante Tribunal Praetoris haſta fixa conſpiciebatur, ad quam ciues omnia grauiſſima ſua negotia coram iudice curabant; vnde non paucae iuris formulae. Praetereo reliqua huius generis tela, falaricam Africanorum, mataram Hiſpanorum, aliaque, quorum vel mentio admodum rara apud antiquos legitur, et apud exteros tantum fuit vſus, nec niſi infrequens apud Romanos.

12.

Breuiſſime abſoluam reliqua. Sagittarios a remotiſſimo tempore apud antiquos multum valuiſſe et funditores, neminem fugit, cum in his pugna e longinquo et velitatio maxime conſiſteret. In omnibus fere expeditionibus huius generis milites ante aciem proeliorum initium feciſſe vel vtroque cornu exercituum poſitos eſſe conſtat; vt a latere defenderent, et impedirent ſi pars hoſtium circumuenire conaretur. Sagittarum formas mitto, quarum variae apud commentatores figuris expreſſae inueniuntur. Funditores lapides iacere ſolebant hunc in vſum conquiſitos vel glandes plumbeas. Inde legimus, inter bellicos apparatus, quos Caeſar ab amicis ex Sicilia in Africam transportandos flagitauerat,

magnam

magnam fuiſſe plumbi vim ad fundendas glandes et plumbatas faciendas; quae fuerunt genus iaculorum leuis armaturae a Stewectio latius explicatum. Fundae maximam laudem Baleares, arcus Cretenſes obtinuerunt. In expugnationibus oppidorum hoc genus militiae potiſſimum pugnaſſe eminus de muris et turribus vix opus eſt commemoraſſe. Ex pluribus vnum liceat exemplum afferre. Pompeius a Caeſare paene incluſus cum Brundiſio excedere conſtituiſſet, vt receptum fugae magis ſimilem aduerſarios celaret, magnum ſagittariorum funditorumque numerum in muris diſpoſuit, et noctu naves conſcendit in Graeciam prima luce nauigaturus; quod ipſe Caeſar in Commentariis de bello ciuili narrat. Qui locus, etſi quid philautiae datum fuerit, non poteſt a veritatis ſimplicitate, quam exitus probauit, et orationis elegantia ſatis commendari.

13.

Sat dictum ſit pro re noſtra de armis antiquorum, ad noſtra venio. Hic vero quod dicam non multum habeo. Arma enim vel plane non amplius habemus; vel quae habemus nimis ſunt nota ac trita, quam vt iis diutius immorari debeam. Si quid nunc reſtat apud barbaros nihil id eſt conferendum cum illo Romanorum antiquo robore. In deſuetudinem iam dudum abierunt clypei, galeae, loricae, ocreae. Paruula illa caſſidia, a quorundam principum copiis adhuc geſtata, vix digna ſunt, quae memorentur. Quid iuuat ſine ferro coriolum contra tela? parum ſcilicet. Attamen ea ipſa potiora puto noſtris pileis. Nil nobis nunc muniminis relictum eſt, niſi parua pectoralia noſtrorum centurionum et ordinum ductorum nominare velimus, quae leuia vt ſunt, pluribus iam ſaluti fuerunt. Equites noſtri retinent genus loricae, quod olim Alexander militibus dediſſe dicitur, vt pectora hoſtibus obiicere et fortiter pugnando occumbere mallent, quam nudi a tergo miſere trucidari. Ferrum quadratum transuerſum, quod ſuper capite adhuc noſtri equites geſtare conſuerunt, quamquam nec quidquam cum caſſide conferrendum, indicio tamen ſeruire poteſt, militem hac primaria corporis parte muniri debere. Niſi apud pedites noſtros corium latius pyrothecarum,

quod

quod balthei torquisue in morem quodam modo pectus tegit; ſcuti aliquem vſum habeat, nudi ſunt et omnibus telis expoſiti.

14.

Sed ſi arma reiecimus vt nimis ponderoſa, noſtrasque vires excedentia, tela habemus omnium maxime letifera, quibuscum nullum fere antiquorum iaculum comparandum ſit. Noſtras dico bombardas, quae ſumma vi globulos plumbeos ad magnam locorum diſtantiam proiiciunt, et quidquid oppoſitum fuerit cruenta ſtrage proſternunt. Supervacaneum vero foret et laborioſum hic et originem et varias huius inſtrumenti mutationes referre. Sufficiat dixiſſe, a maioribus tormentis igneis deſcenſum eſſe ad minora tela nunc conſueta noſtrorum peditum. Pugio militaris, baionnicum quem dicimus a loco vbi primum innotuit, cacumini bombardae adfixus a prima inuentione in maiori ſemper honore eſſe coepit, quia et militi nil adfert moleſtiae, et haſtae vſum et telorum igneorum vim vna coniungit. De eo optimus noſtri ſeculi magiſter, Fridericus Boruſſus, toga ſagoque omnium praeſtantiſſimus, habet in carmine de arte militari:

Je peindrai les effets de cette arme cruelle,
Qu' inventa dans Bajonne une fureur nouvelle,
Qui du fer et du feu reuniſſant l' effort
Aux yeux epouvantés offre une double mort;

et aliquot verſibus poſt:

Sur leur front menaçant brille la bajonette:
L' ennemi conſterné medite ſa retraite.

Quam opinionem, hunc pugionem valide ac fortiter illatum noſtrorum armorum eſſe acerrimum, omnes viri duces non probant modo ſed ſequuntur etiam ſecundo euentu. Gladium nil amplius curamus apud pedites, quibus poſt iſta tela gladiorum nulla aut perrara relicta vtilitas. Quid minuta copidia iuuare poſſint, quae adhuc geſtantur a pedeſtri milite multorum principum, nil video. Equitum noſtrorum enſes forma et habilitate potiores factos eſſe, concedam, maxime cum manubrii ſtructura in iis

multo melior inueniatur; an vero materia comparandi ſint cum antiquorum gladiis neſcio. Haec mihi dicta ſint de armis telisque noſtrorum.

15.

Maior mihi nunc oritur labor, cui an humeri ſufficiant vereor. Comparationem promiſi. Quid Lipſius hac de re dixerit, conſtat, qui in omnibus antiquos re militari nobis fuiſſe potiores audacter affirmat, et pro viro ſcholaſtico ſatis militariter argumentis haud contemnendis defendere conatur. Valde vero ipſe miratus ſum, quo tandem modo vſus pulueris pyrii per vniverſam rem militarem tantopere inualeſcere potuerit, vt omnia arma, quibus corpus tegitur, ſine cunctatione abiiceremus. Idem hic nobis ſcilicet accidit, ſi magna fas eſt paruis componere, quod in formis litterarum. Vt enim, poſtquam boni illi monachi literarum figuras foede deformauerant, nos ſapientiores facti ſcilicet ad vernaculum ſermonem nobismet nouos literarum ductus creauimus; ſic poſt diſſipatam in militia barbariem et paganorum caedes, inuento puluere illo mortifero, non rediimus ad antiquam ſimplicitatem, qua ſeſe veteres tuebantur, ſed terrore correpti panico obſtupuimus, et paululum animum recipientes noua nobis inſtrumenta, nouas machinas excogitauimus. Nullo vero modo hoc factum fuiſſet, nulla ratione haec noua lues ingruere coepiſſet, niſi diſciplina omnis caſtrorum altis tenebris iacuiſſet ſepulta. Caſſis ſcilicet euanuerat, ſcuta vel erant abiecta, vel ſi qua adhuc erant, quadrarum menſalium modo pendebant ex ſiniſtris ignauorum virorum foeminarum. Quid miles ſine clypeo et galea? Nil mirum, ſi ſeges illa noua ex inferis quaſi erumpens nuda proſternere capita, detecta corpora perforare coepit. Non munimina priora quaerebantur; arripiebatur noua illa inventio, excolebatur, prouehebatur. Horrore ſonitus terrebat machinarum nouitas, minorum telorum fragor; nec niſi ſimilibus reſiſti poſſe pauidi putabant mortales. Comparabant nouas artium methodos, ſulphura congerebant, quibus interitum hoſtibus portarent. Nolo ſententiis procedere: accuratius paulo, quantum valeo et breuitas fert, rem conſiderabo.

16.

Vegetius ſcilicet iam de negligentia ſuorum ciuium in re militari grauiter conquerebatur; nec ſine cauſa. Detectis pectoribus, ait, et capitibus contra Gothos milites noſtri multitudine telorum ſaepe deleti ſunt; nec poſt tot clades, quae vsque ad tantarum vrbium excidium peruenerunt, cuiquam curae fuit cataphractas vel galeas pedeſtribus reddere. Ita fit vt non de pugna, ſed de fuga cogitent, qui nudi in acie exponuntur ad vulnera. Illi, qui laborem in portandis veteribus munimentis armorum ferre non poſſunt, vulnera ſuſtinere coguntur et mortes; ſic dum exercitium laboremque declinant cum maximo dedecore trucidantur, vt pecudes. Legionum nomen in exercitu permanet hodie, ſed per negligentiam ſuperiorum temporum robur infractum eſt, cum virtutis praemia occuparet ambitio et per gratiam promouerentur milites, qui promoueri conſuerant per labores. Haec omnia indulgentia et negligentia imperatorum magis quotidie inueteraſcere coeperunt. Orabant milites Caeſares, vt cataphractos et galeas deponere liceret, ſcutorum moles et pondus minuebatur; omnes fere, quibus res erat, equo ſtipendia merere cupiebant; et qui ſemper fuerat robur militiae exercitus pedeſtris coeperat parui pendi. Breuiter quidem ſed eximie hac de re dixit Gibbonus Anglus in opere erudito de ruina Romani imperii. Tentabant imperatores optimi, Traianus, Hadrianus, Seuerus aliique rei militaris veterem dignitatem reſtituere; ſed reciderunt illico fracti iam luxurie cives et ſeruitutis iugo adſueti, poſtquam vel fata vel improbitas ſeculi et nequitia illa ſolatia abſtulerant. Confecit tyrannidis manus cruenta, et ſuperſtitionis religionumque ingruens nox. Cum literis iacuit militia, nec a pagano diſtabat ſagatus. Quis temperet a lacrimis ſpectans viles illas crucigerorum cateruas, magnorum Catonum indignos nepotes!

17.

Inuentum hoc magnum pulueris pyrii nouum peperit bellorum ſyſtema; an vero recte, inter viros militares lis eſt. Sunt qui putent, et inter eos ſcriptores haud contemnendi et vſu ca-

ſtrorum exerciti, rationem tacticam praecipue ex antiquis denuo eſſe eruendam et in omnibus ſequendam. Horum ego, etſi homo proletarius, ſententiam amplecti non poſſum. At hoc, puto, magis vltra vires eſt; nec niſi de armis dicere nomen dedi. Noſtra tormenta quouis modo potiora eſſe machinis veterum, nemo fere eſt, qui eat inficias, ne quidem Lipſius. Non dico de fragore et horrore ſonitus; ſunt haec ſpectra, quae non terrent impauidos: de vi loquor, de ſtrage quam edunt. Quid tandem illi veteres ſibi cogitaturi eſſent cum ſuis turribus, ſuis baliſtis et catapultis, ſi noſtra tormenta cernerent multa cum ruina muros frangere, ex magna locorum diſtantia quatere omnia, rapere, terere? terram tremefacere et coelum incendiis complere? ſi noſtros cuniculos viderent erumpere immani cum terrae mole, ſaxa, rupes voluere, integras cum machinis cohortes in aerem ſublimes agere, et miſere mortuos, ſemineces, mutilatos praecipitare? Nulla vnquam fuit vis antiquarum machinarum, quae cum noſtris comparari queat. Non ad Maſſiliam, non ad Saguntum; non apud Plateam, vbi maxime omnium cognitum eſt, quid virtus et ingenium, quid fortitudo et audacia, quid eloquentia, quid crudelitas generis humani poſſit et immanitas. Is vnus Thucydidis locus de expugnatione et excidio huius vrbis dignus eſt, ob quem oratio graeca penitius addiſcatur. Sed non meum eſt, de machinis exponere, praeſertim cum nemo ſit, qui dubitet, his noſtris illas antiquorum longe ſuperari. Ipſe Lipſius, qui plurimum ſemper antiquis, Romanis inprimis tribuere conſueuit, de iis ſcribit: Fatendum eſt, etſi nec veteribus deſuere machinae ingenioſae, variae, quibus haec talia, oppugnationes ſcilicet oppidorum, patrabantur. Sed vnum hoc inuentum igneorum tormentorum disiicit ac difflat omnia valida veterum aut acuta.

18.

Mittamus igitur haec, et de telis minoribus videamus. De his vero nunquam quaeſtio fuit. Excepto Lipſio, qui rem antiquorum agit, omnes fere vno conſenſu pro noſtris pronunciant. Lipſio in omnibus conſentire nequeo; nam et ipſam rationem tacticam veterum ſecutus prae noſtra in omnibus eam

com-

commendat, quamuis neutram, vt alii arguerunt, ſatis intellexerat, et antiqua mirum in modum extollit. Noſtri ſcilicet pedites apud eum nil niſi velites; haec vere; accedo. Robur exercitus in ſolis telis conſiſtere nequit. Ipſi prius, quantum fieri poteſt, ſecuri ſimus vulnerum, quam ad conficiendos hoſtes progrediamur. Sed vel illos antiquorum velites noſtris quauis ratione ſuperiores dicit Lipſius; hoc nullo modo dari poteſt. Quod ſi vel maxime certi ſimus de vi plumbearum illarum glandium, quae a funditoribus Balearibus docte et fortiter iaciebantur, de ſagittis quibus Cretenſes ſcuta et loricas perforare dicebantur, multa alia ſunt, in quibus tela noſtra minora illorum velitationem facile ſuperent. Sed et illa vis fuit rarior, nec niſi a lacerto neruoſo ac valido adacta. Nec facile ſibi quis perſuaderi patiatur, plumbum funda miſſum ex rapiditate motus in aëre liquefactum eſſe, etſi cum poetis ne bonus quidem Seneca noſter affirmare dubitet. Contra pluuiam, quod impedimentum obiicit Lipſius, noſtra inuentione telis noſtris igneis ſatis prouiſum eſt, quod illius temporibus nondum factum erat. Deinde, quod Roeſchius obſeruat, ſi funditores excipias, plura tela nobiſcum commode portamus; pyrotheca noſtra quam pharetra olim habilior. Sed quod maximum eſt, nec vnquam ab aliis allatum inuenio: noſtri magis conſerti in acie ſtare poſſunt; eadem celeritate vel etiam celerius tela mittunt. Non inueneris velites funditores vel ſagittarios in acie ſtetiſſe, niſi in interuallis, quae merito improbamus. Fieri enim aliter non potuit; quia defuit ſpatium, quod ſufficeret ad tendendum arcum et fundam rotandam. Vix vnum funditorem locus capiat, quo hodie noſtrorum peditum tres facile omnia pugnae munera exſequuntur. Mittimus horridum noſtrorum ſonitum, qui milites bene doctos et animoſos terrore corripere non debet; et fumorum nubes, quae pro regione ventorum propugnantibus aeque ac aduerſariis magno incommodo eſſe poſſunt.

19.

Sed ſi noſtra tela quamcunque levem antiquorum armaturam ſuperant, quid de armis? Quid acies illa horrida legionum et phalangum, quae murus tanquam aheneus firma ſtabat et in-

trepida? Quid propugnaculum ſcutorum, haſtis et pilis criſtatum? Hic vero ſatis mirari non poſſum, quomodo illa virtus, illud virorum robur ex genere hominum penitus aboleri potuerit. Si quis veterum nos nunc viſurus ſit nudos et ſine armis ad necem ruentes, neſcio utrum audaciam noſtram omnia perpeti paratam an veſaniam generis humani magis obſtupeſcat.

Humeri ne noſtri contabuerunt, nec amplius ad portanda ſcutorum pondera valent? Neutiquam; nam impium foret dicere. Lacerti ne noſtri eneruet facti ſunt, nec amplius pares haſtis vibrandis? Nullo modo; aeque grauia ſunt noſtra ipſa tela; de quibus ducum noſtrorum facile princeps in carmine de arte bellica ſcribit, ſuarum terrarum iuuenes primarios ad laborum exercitia exhortans:

Paſſés ſans en rougir par les derniers emplois,
Durement exercés dans un travail penible,
Du fuſil menaçant portés le poids terrible.

Caſſidum munimina adſpernamur; et contundimur miſere. Quid Vegetius reſurgens diceret? Neceſſe eſt, apud eum legimus, vt dimicandi acriorem ſumant audaciam, qui munito capite vel pectore non timent vulnera. Quid verius? Nos vero non prudentiae, non virtuti, non audaciae, non ipſis viribus res committimus noſtras; fortunae vitam commendamus. Quid ratione indignius, vbi tutus poſſis procedere, fortunae facere periculum?

20.

Quid veteribus fuerint caſſides, quid ſcuta, omnibus notum. Haec acies nimirum dicebatur murus, quae pilata, praeter ſcuta cataphractis etiam et galeis fulgebat. In hac ſpes, in hac robur. Haec excipiebat proelium militibus leuis armaturae pulſis, et tanquam murus ferreus ſtabat. Non laxabat ordines, nec niſi lento et fixo gradu cum ſignis hoſtem fugatum perſequebatur; nam munus fuit equitum et velitum victos conficere. Et vincens et victa in tuto erat, niſi extremum infortunium, vltima clades ingrueret. An quid maius viroque homine dignius inueniri poſſit, dubito, quam talis virium ingeniique pro patria et iuribus

contentio. Si, vt poeta pater, egregius in quacunque re praeceptor, *Φραξαντες δορυ δερι, σακος σακει προθελυμνω, Ασπις αρ' ασπιδ' ερειδε, κορυς κορυν, ανερα ανηρ*; Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir, pes pede premitur, arma teruntur armis; ſi tremunt in vertice criſtae ſanguineae, clypeique micantia fulgura mittunt; ſi ferro rumpitur via per hoſtes, qua globus virorum denſiſſimus vrget; num quid anguſtius tali certamine? Non poteſt miles firmis armis non plus confidere, quam incerto telo: *και ανευ ευψυχιας ουδεμια τεχνη προς τους κινδυνους ισχυει. Φοβος γαρ μνημην εκπλησσει*, ait Thucydides, et *αρχη γαρ οντως του νικαν το θαρρειν* Plutarchus; quamuis ad veritatem omnibus inſitam et probatam nil egeamus multa aliorum auctoritate. Quid globuli minuti noſtris telis igneis miſſi teſtudini clypeorum? *Αἱ ασπιδες*, inquit Xenophon, *πολλυ μαλλον των θωρακων και των γερρων και στεγουσι τα σωματα, και προς το ωθεισθαι συνεργαζονται προς τοις ωμοις ουσαι. Συγκλεισαντες ουν τας ασπιδας εχωρουν και ωθουν. Οἱ δε Περσαι ουκ εδυναντο αντεχειν, ἁτε εν ακραις ταις χερσι τα γερρα εχοντες, αλλα ποδα ανεχαζοντο παιοντες και παιομενοι.* Clypei ſunt ſumendi graeci, quos Perſae aliique Aſiae populi imitati ſunt, et ſcuta magna Romanorum, totum corpus tegentia, quibus Annibal, ſummae prudentiae vir, ſuos milites armans terrorem hoſtibus incuſſit, et his magis et aſtutia, aduerſariorumque ducum inſcitia ſuperauit, quam ſuorum virtute. Sumendi ſunt illi clypei *ποδηνεκεις, ανδρομηκεις*, quibus pauci Laconum manipuli barbarorum myriades immani cum ſtrage apud Thermopylas repulerunt, priusquam inſidiis circumventi multo cum terrore hoſtium ſaeue caedentes conciderentur; clypei regis Leonidae tegmini ſimiles, de quo inter recentiores Clouerius Anglorum poeta non mediocris: An ample ſhield down from his ſhoulder to his ancle hung.

21.

Quamquam ſatis notum eſt inter doctos homines et viros militares Graecorum ſynaspismus, cui reſpondebat Romanorum teſtudo, liceat tamen mihi ex Plutarcho locum referre, qui claſſicam auctoritatem merito apud eos obtinuit. *Οἱ δε θυρεοφοροι*,

ait,

ait, *συνεκλεισαν εισω των ὁπλων τους ψιλους· αυτοι δε καθεντες εις γονυ προυβαλλοντο τους θυρεους, οἱ δε οπισθεν ὑπερεχον αὐτων τα ὁπλα, κακεινων ὁμοιως ἑτεροι. το δε σχημα παραπλησιον ερεψει γενομενον οψιν τε θεατρικην παρεχει, και των προβληματων στεγανωτατον εστι προς τους οιστους απολισθαινοντας.* Ex hoc potiſſimum loco, vt mihi videtur, optime Guiscardus retulit. Le troiſieme ordre etoit celui, que les Grecs appelloient, ſynaspisme. Les files ſ' y ſerroient ſi fortement, que l' homme n' occupant qu' un pied et demi dans ſon front ne pouvoit plus faire aucun mouvement à droite ou à gauche. La diſtance entre les rangs n' etoit point alterée, à fin que cette maſſe put ſe mouvoir. Les ſoldats du premier rang tenoient devant ſoi leurs boucliers, qui aiant deux pieds de largeur et ſe touchant les uns les autres, couvroient comme d' un mur tout le front de la phalange. Les ſoldats des rangs ſuivans tenoient leurs boucliers ſur leurs tetes; c' etoit un toit. De cette maniere la phalange ſe defendoit contre des ennemis, qui pouvoient de loin l' accabler de traits et de fleches. C' etoit le grand but de cette ordonnance, qui leur ôtoit l' uſage des piques. Dans les ſieges et les attaques des retranchemens on ſ' en ſervit pour approcher à couvert de traits. Ce fut dans cet esprit, que les Romains l' adopterent ſous le nom de tortue. Melius dici non potuit. Quod ſi in caſtris expugnandis, vrbibus capiendis et hoſtibus excipiendis, donec eminus res gerebatur, veteres hanc rationem ſumma cum vtilitate ſecuti ſunt, nonne et nos ſequi poſſimus? Noſtra tela vel omnino non, vel quod vix ſentiatur ſunt vehementiora antiquis; et quod potiora et praeferenda ſunt, in ratione tactica poſitum eſt.

22.

Or il faut être aveugle, Guiscardus Icilius dicit, pour ne pas reconnoitre, que nos armes offenſives ſont infiniment plus dangereuſes et plus meurtrieres que celles des Romains. Hoc etſi conceditur, non ſequitur rem ſolis telis geri debere, et armis non opus eſſe. Sed quomodo ſibi conſtet vir ingenii acutiſſimi neſcio, qui alio loco habet. Il eſt vrai, que les anciens n' ont eu rien d' egal à notre artillerie. Mais ils etoient infiniment plus

dan-

dangereux que nous pour l'attaque d'un camp retranché. Leurs boucliers joints menoient leurs ſoldats à couvert jusqu'au port du foſſé. Les traits, excepté ceux qu'on lançoit avec des machines, ne perçoient cette tortue, et l'aſſaillant qui parmi nous n'eſt repouſſé que par l'effet de nos fuſils venoit plutot aux mains; et pergit alio loco: Quelques bonnes que ſoient nos bajonettes dans plusieurs occaſions, elles ne ſauroient faire l'effet des longues piques des anciens pour repouſſer l'ennemi, qui a franchi le foſſé. Et in notis ad Caeſaris commentarios: Les anciens avoient trouvé le ſecret de procurer par l'armure et par l'exercice à l'infanterie, qui ſe battoit en ligne, une ſuperiorité decidée ſur les troupes legeres, qui ne ſavoient que tirer. L'avantage etoit tel qu'on le compareroit à celui, que nos regimens bien diſciplinés ont ſur une troupe de payſans; comparationem noſtris parum honorificam! On ſait que le gros bouclier ſervoit au legionaire à parer les traits, qui lui venoient en ligne droite, auſſi que le casque et le corſelet les autres. On a vu des ſoldats ſortir du combat, le bouclier percé de plus de trente et de cinquante fleches. Narratur vero in commentariis Caeſaris de Bello ciuili, ſi libri recte ſe habent, Caeſari relatum eſſe ſcutum Scaenae centurionis, qui magno in honore apud eum poſtea fuit, et in eo inventa eſſe CXXX foramina. L'uſage fit, que ces armes peſantes ne genoient point le ſoldat; il les regardoit comme ſes membres, et il portoit encore ſes equipages, ſes proviſions et les paliſades du camp. Quis neſcit illum de exercitatione militum Ciceronis eximium locum in Tuſculanis, quem hic ſpectaſſe Icilius videtur. Primum, ait, exercitus noſtri vnde nomen habeant vides; deinde qui labor, quantus agminis! Ferre plus dimidiati menſis cibaria, ferre ſi quid ad vſum velint, ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam in onere noſtri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. Apres ces remarques, finit Guiscardus, les exploits de ces cohortes de Caeſar contre des gens nuds, qui n'avoient d'autres armes que de jet, ne cauſeront plus de ſurpriſe

23.

Ego vero nunquam hoc miratus ſum; ſed illud maxime haec munimina vt inutilia abjecta eſſe. Ce ſeroit une chimere fort dangereuſe, Icilius Guiscardus ſcribit, que d' abandonner nos armes à feu pour reprendre celles des Romains ou des Grecs. Neque in hoc repugno; quis tela omnia remouere velit? Sed coniungantur utraque, noſtra tela cum armis veterum. In hoc periculum non video, ſed ſecuritatem. Fuerunt, qui milites veterum leuis armaturae reſumendos ſuaderent; his iam reſponſum eſt in Naſtii antiquitatibus militaribus. *Den Leichtbewaffneten der Römer iſt auch von vielen heutigen Schriftſtellern die Ehre wiederfahren, daſs man ihren Dienſt, den ſie den Legionen leiſteten, wieder einführen wollte. Wir glauben nicht*, pergit Roeſchius, ni fallor, vir magnae in antiquis eruditionis, *daſs wir Urſache haben hierinne mit den Alten zu tauſchen. Unſere Kanonenkugeln gehen vier bis fünfmal ſo weit, die Kartätſchen wenigſtens zweymal ſo weit, als die Schleudern und Pfeile der Alten. Dabey iſt unſer Geſchütz nicht ſchwerer anzuſchaffen, noch koſtbarer zu unterhalten, als die Leichtbewaffneten. Wir wollen das nicht in Rechnung bringen, daſs die Elephanten für die Artilleriſten nur ein Zeitvertreib wären, welche von den Leichtbewaffneten mit Mühe überwunden wurden.* An recte horum militum munera comparauerit cum noſtris tormentis, aliis iudicandum relinquo. Cum Lipſio potius crediderim, noſtros pedites omnes eſſe leuis armaturae. De vi noſtrorum tormentorum eorumque vſu et ſeruando et excolendo nemo fuit, qui dubitaret. Velites autem veterum ad noſtros milites, qui et ipſi velites excultiores dicantur, habilitate et exercitatione, vſu certe et commoditate non accedunt. Arma deſunt graviora, quibus hos noſtros velites defendamus ac protegamus. De arte tactica alii viderint, quibus maiora complecti contigit. De armis telisque ego hoc modo ſentio. Bombarda cum pugione baionnico noſtris recte ſit ac maneat, ſed capite omnes muniantur caſſide, et pedibus, ſi fieri poteſt, ocreis. Primum vero cuiusque cohortis ordinem occupet hoplita ſcutatus, haſtatus, galeatus, qui ceteros defendat. Si qui poſteriores ordines habent, tela mittere ignea

ignea ex bombardis ſeſe accingunt more conſueto, primi vt etiam nunc ſolent in genu procumbant ſcuta tenentes, quae et ipſos totos, et poſteriores vsque ad pectora ab ictibus protegent. Capita tecta ſunt caſſide. Miſſis telis ſcutati ſurgunt praeſidio futuri et muro quaſi poſt ſe tela reparantibus. Quid aciei hoc modo accinctae, vel progrediatur vel ſe recipiat, impedimento eſſe poſſit non video. Omnino noua non profero, quamquam in recentioribus, quod ſciam, nil huiusmodi reperiatur. De Chabria hoc vel ſimile quid notum eſt ex Nepotis narratione. De Sulpicio Romanorum dictatore Appianus eundem fere in modum. *Εκελευσε τους επι του μετωπου τεταγμενους εξακοντισαντας ὁμου καθισαι ταχιστα, μεχρι βαλλωσι οἱ δευτεροι και οἱ τριτοι και οἱ τεταρτοι· τους δ' αφιεντας αει συνιζειν, ἱνα μη κατ' αυτων ενεχθειη τα δορατα.* De Clearcho, ſi recte memini, in expeditione Cyri Xenophon: *Και τους μεν ὁπλιτας εκελευσε αυτου μειναι τας ασπιδας προς τα γονατα θεντας*; et alia plura ſunt apud veteres exempla. Quantam vero haec ratio vtilitatem habitura ſit in progrediendo, vbi omnia vel certe plurima hoſtium tela nunc globuli facile repellentur, quantam in expugnationibus oppidorum, vbi nunc milites nudi miſere inuicem ruuntur, conteruntur, trucidantur; quantam in omnibus, vbi veteres adhibuerunt, quis eſt, qui non videat?

24.

Nemo obiiciat tormentorum vim. Haec ſuſtinenda et repellenda eſt vel aequali vel maiori, ſi poteſt fieri, noſtrarum machinarum. Tormentis opponantur tormenta; et omnibus modis caueatur, ne acies a latere hisce horrendis telis peti poſſit. Si vero vel maxime quis deſtitutus ſit hoc bellorum apparatu nunc tam neceſſario, non perſpicio, quam maiorem calamitatem tormenta infligere queant armatis, quam ſeminudis, vt nunc incedimus. Machinae maiores maioribus ad ſilentium cogendae ſunt; a minoribus globulis clypeata acies omnes tuebitur. Audiamus vero Roeſchium contra me dicentem. *Unſere Flinte mit dem Bajonet erſetzt uns die fünf Wurfſpfeile und das groſse und kleine Pilum der Römer reichlich.* Recte; non autem ſcuta et caſſides.

Als Stoſswaffe iſt ſie dem letztern gleich, als Wurfwaffe trägt ſie weiter; ſie verſtattet eine gröſsere Anzahl Schüſſe mit ins Treffen zu nehmen, als die Römer hatten: und was die Wirkung anbelangt, ſo gieng nach dem Verſuche, den Robins deswegen angeſtellet, eine Flintenkugel auf eine Entfernung von zwanzig Schuh vier bis fünf und einen halben Zoll in einen Ulmenblock. Wie würde es um das Tragen der hölzernen Schilde ausgeſehen haben, wenn ſie hätten ſo dick ſeyn müſſen; des Gepraſſels, das die Kanonen und Kartätſchen angerichtet hätten, nicht zu gedenken. Ad vltima iam reſpondi. Quod ad rem ipſam attinet; locorum diſtantia ea hic accepta eſt, quae maximam pulueris pyrii vim exſeri patitur. Quae vero acies eminus tam breui ſpatio pugnabit, quin illico ad manus venire contendat. Deinde eam pulueris menſuram eamque in completione diligentiam adhibuit vir doctus, quae vix a milite in proelio ſervari poſſit; ita vt numquam ſumma vis expectari debeat, niſi eadem pulueris menſura, puluere aeque efficaci, eadem in complendo diligentia vtatur miles, et vel eodem ſpatio diſtet ab aduerſario; haec vero omnia vna vix ſumi poſſunt. Porro ſcuta conglutinato facta erant lino, vt Polybius refert, et ſuperinducta corio, quod non aeque facile ac lignum frangitur. Denique ex narrationibus tacticis Romanorum apparet, omnes primi ordinis milites decuriones fuiſſe, viros fortes, robuſtos, intrepidos, quorum ſcuta firmiorem habebant vmbonem, et ferro melius erant munita. Quodſi vero minus haec ſcuta reſiſtere poſſint, ſumatur clypeus argolicus, quem centuriones apud Romanos omnesque ſuperiores ordines habuiſſe conſtat. Hoc vero non opus eſſe experientia euincit, ſi modo ſcuta lamina leui ferrea vel aenea obducantur. Cum ſemithoracia noſtrorum equitum ictus ſuſtineant, quidni ſcutum bene munitum?

25.

Omitto plura dicere de decore veſtitus, de dignitate ſpeciei, de grauitate vultus. Ex Polybio iam audiuimus, vbi de galea explicabat, quam tremenda viri militis ora caſſis faciat. Haud facile quis locum inueniat venuſtatis et amoris affectu ſuaui pulcriorem,

criorem, aut dignitatis fortitudinisque ſenſu ſublimiorem, quam Homeri illum, quo Hector heros coniugem conſolatus filiumque puerum oſculatus ad pugnam contendit, et patris et ducis exemplar amabile et venerandum exhibet. Hi ſoli verſiculi palmam tuliſſent poetae, etſi nil nobis carminum amplius ab eo eſſet reliquum. Quodſi nunc Mars tunica tectus adamantina filios videat dilectos, ſeminudos ſine armis tela vibrantes, indignabundus, puto, auertat ora, ingenuos negans. Reddite militi caſſidem, homini praeſtantiam, principes! Grothuſius obſecrat, vir noſtratibus et ingenii dotibus et doctrinae elegantia ſatis commendatus. Quid caſſis valeat et haſta et clypeus, fuerunt monumento Thermopylae, fuerunt Marathonii campi, vbi non multi Graecorum manipuli innumeros barbarorum exercitus conciderunt, vbi libertas animoſa diris lectionibus tyrannos edocuit, quid diſtet miles a mancipio, a mercenario ciuis. Nemo bonus miles erit, niſi quem amor patriae tenet; neminem amor patriae tenere poteſt magis, quam qui pro aris et focis, pro familia et bonis dimicaturus eſt. Secuti ſunt quidem proletarii et libertinae conditionis homines duces Romanos in proelia; ſed iam ceciderat res Romana, cum honos legionum vileſcere coepiſſet. Venerant iam Marii, Sullae, Caji Julii et Octauii verſipelles, qui dignitatem reipublicae perdiderant, poſtquam alii iam mores et leges euerterant. Iam poetae ſententia doctrinam publicam pernicioſiſſimam exprimere coeperat: O ciues, ciues quaerenda pecunia prima. Optimus cogatur et lautiſſimus quisque legibus ad militiam; qui volet ex aliis, militet, et pro beneficio habeat. Ii certe fortiſſime pugnaturi putandi ſunt, quorum plurimum intereſt rempublicam ſaluam eſſe. Haec placere Caeſaribus non potuerunt; ſed euertit ſtipendiarius effrenatus imperium, vtile documentum omnibus qui rerum potiuntur, vt iuſtitiam diſcant moniti.

26.

Reuertendum eſt. Si qui ſunt, qui putent, quos non paucos fore cenſeo, genus humanum miſerum in modum contabuiſſe; hi vero ne piaculum comittant, caueant. Natura ſibi

con-

conſtat, ſemper iuuenis, genitrix, inexhauſta. Quod ſi genius ſeculi molli nos iugo premit, ſi luxuries frangere minatur, ſi voluptates tenent; labore ſanemur, firmemur exercitatione, virtute erigamur. Educatio dura, dura diſciplina, ſpartanum prandium, ſaeua paupertas incomtos reducat Camillos; ad priſtinam redeamus fortitudinem. Nil desperandum; ſunt ſtamina rerum. Sumus qui fuimus ante multa ſecula, niſi nos ipſi deliciis ſeruilibus corrumpi ſinamus. Surgendum, vbi cecideris. Si vel ipſe ego, tantulae ſtaturae homuncio, cui nec robur nec molem natura dedit, ſcuti pondus geſtare iuberer, grauemque caſſidem cum reliquis veteris armaturae partibus ſumere, nullus ceſſarem, certus ſum, qui ſtudio, exercitatione et contentione virium Caeſarianorum nulli cederem laude laborum et conſtantiae. Aduerſus omnia, habet Vegetius, profuit tirones ſolertes eligere; ius, vt ita dicam, armorum docere, diſciplinam quotidiano exercitio roborare; quaecunque in acie et in proeliis euenire poſſunt, omnia campeſtri meditatione praenoſcere; ſeuere in deſides vindicare; in omnibus militem ita formare, vt bellum ſicut olim Laconibus, ei laborum requies videatur. Nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit.

27.

Haec dicere mihi viſum fuit; quae ſi viris veteris doctrinae peritis, veteris noſtraeque militiae gnaris non omnino improbata fuerint, ſat egiſſe mihi videbor. Ceterum non ſum is, qui inconſiderate et temere aliquid mutandum cenſeam ex ingenio hominis capite cenſi, qui vix alius ipſe quam paganus dicendus eſt. In aliis rebus, Vegetius refert ex Catone, ſi quid erratum eſt, poteſt corrigi. Praeliorum delicta emendationem non recipiunt; nam ſtatim ſequitur poena errorem. Expoſui, quod ſentio, quod ipſe mihi hac in re varias poſt meditationes perſuaſi. Si aliis ſecus videtur, non aegre fero. Argumentis idoneis meliora edoceant; mihi ſaltem fas fuerit, in exercitatione ſcholaſtica hac occaſione meam qualemcunque opinionem protuliſſe. Quos libros praeter veteres mihi conſulere licuerit paſſim indicaui. Sunt vero,

vt

vt ingenue expreſſiusque nominem, ex recentioribus, veteres enim nemo eſt, qui neſciat, Valturius, Valtrinus, quorum vterque parum ſolaminis attulit; de ſcutis Caryophilus; Lipſius fere claſſicus, in congerenda materia diligentiſſimus, in ratione tactica exponenda non idem ſatis acutus; Guiscardus, cuius et doctrinam et elegantiam maximi merito facio; Naſtius et Roeſchius, viri doctiſſimi in antiquitatibus, quibus magnopere me obſtrictum profiteor; alii pauci, quorum ſcripta ad rem ipſam non multum faciunt. Quid alii dixerint neſcio, cum vitae meae ratio et rei domeſticae anguſtia non ſinat multum temporis et impenſae hisce ſtudiis tribuere. Non vereor igitur plagii actionem; ſi tantulo in opere pretium fuerit ſtrictius inquirere. Videbunt, qui callent, quid aliorum ſit, quid meum, nil occultaui. Meminerint iudices, quod initio dixi, de more mihi rem geſtam eſſe, non pro gloriola. Si tempus, ſi vires, ſi negotia permittent, melius fortaſſe facturus ſum hoc idem in poſterum, quando veteres ſcriptores accuratius euoluere, verſare, examinare, intelligere, hiſtoriarum ſeriem melius perſequi, varia artis fata eruere et recentiorum opiniones perſcrutari licuerit et comparare. Notulis textum hic interſpergere nolui, quia rerum peritos parum iuuant, ceteri nil curant.

Sic accipe, candide lector, et vale.

THE-

THESES.

Nil virtus, niſi quod prodeſt.

Iusiurandum per ſe vim obligandi non habet.

Nemo bonus miles, qui non idem bonus ciuis.

Sublimitati poeticae non opus eſt verborum ornatu.

Cum ſtudiorum meorum pars non leuis, non mediocris delectatio conſiſtat, immo et vitae munia verſentur in legendis Anglorum libris, poetarum imprimis, a re alienum non duxi ſpecimen verſionis hic adiicere. Scio iam alios patrio ſermone dediſſe hos threnos; legere non obtigit. An feliciter ego periculum fecerim, vtriusque linguae gnari iudicent; aeque cogitent, quam difficilis ſit res. Quodſi lubenter gratis hoc munuſculum affero, fruſtra nollem.

A n f a n g
von Dr. Joungs erſter Nacht.

Der müden Schöpfung Arzt, der Balſamſchlaf
Macht gleich der Welt den freundlichen Beſuch,
Wo Glück ihm lächelt, flieht den Kummerſohn,
Enteilt auf ſeinen Flaumenſchwingen ſchnell
Dem Elend, und läſt auf das Augenlied
Sich nieder, welches keine Thräne netzt.
Kurz war, wie ſtets, und ängſtlich meine Ruh;
Wie glücklich, wer von ihr nicht mehr erwacht!
Doch dies auch wär umſonſt, wenn in dem Grab
Noch Träume ſtöhren. Wie aus einem Meer
Von Träumen tauchend bin ich ietzt erwacht,
Wo, wie im Sturm das kleine lecke Boot,
Mein banger, zweifelnder Gedanke trieb,
Wie ihn der Zufall warf, und die Vernunft
Nicht an dem ſchwachen Steuerruder ſaſs:
Jetzt wieder wach, iſt blos der Leiden Tauſch,
Ein bittrer Tauſch, für ſchmerzlich ſchmerzlicher.

Der Tag zu kurz für meinem Gram; die Nacht
Auch im Zenithe ihres dunkeln Reichs
Iſt neben meinem Schickſal Sonnenſchein.
Jezt ſtreckt in ſtrahlenloſer Majeſtät
Die Nacht von ihrem Thron von Ebenholz,
Die braune Göttin ihren Stab von Bley
Rund über unſre Welt in Schlummer aus.
Wie todt die Stille, Finſterniſs wie tief!
Kein Auge ſieht, es hört kein lauſchend Ohr
Im ſchwächſten Tone einen Gegenſtand.
Die Schöpfung ſchläft; es iſt, als ob der Puls
Des Lebens ſtille ſtände, und Natur

Selbſt

Selbſt eine Pauſe machte, hehr und groſs,
Prophetiſch ihres Endes. Werde denn
Die Prophezeihung bald erfüllt, und zieh
Den Vorhang, Schickſal; nun verlier ich nichts.
Ihr Zwillingsſchweſtern von der alten Nacht,
Du, Dunkelheit und Stille, die ihr oft
Den keimenden Gedanken zur Vernunft
Empor nährt, und auf ihn Entſchlüſſe baut,
Die Säule wahrer Majeſtät im Mann,
Steht jetzt mir bey; ich dank in dem Grab,
Dem Grabe, eurem Reich. Dort ſinkt mein Bau
Ein Opfer eurem Todtenheiligthum.
Doch wer ſeyd ihr?

Du, der einſt in die Flucht
Mit mächtgem Arm die Erſtlingsſtille triebſt,
Als um den Ausgang deines Feuerballs
Das Heer der Morgenſterne jauchzend flog;
Du, deſſen Wort aus feſter Finſterniſs
Den Sonnenfunken ſchlug, ſchlag jetzt aus mir
Der Weisheit Feuerſtrahl, aus meinem Geiſt,
Der, wie der Geizhalz heiſs zu ſeinem Gold,
Zu dir, zu ſeinem Troſt und Schutze flieht.
Durch dieſe doppelt tiefe tiefe Nacht,
Die Nacht in der Natur und meiner Bruſt
Gieſs, Vater, mitleidsvoll nur einen Strahl
Zu Licht und Stärkung; Führe meinen Geiſt,
Ein Geiſt, der ſeinem Gram ſo gern entflöh,
Führ ihn durch manche Scene der Natur,
Des Lebens und des Todes; hauche ihm
Aus jeder eine groſse Wahrheit ein;
Und meine Wallfahrt ſey nicht weniger
Als mein Geſang die reinſte Harmonie.
Lehr meine beſſere Vernunft Vernunft,
Und meinem beſten Willen Richtigkeit;

Und ſtärke meinen feſteſten Entſchluſs
Weisheit zu ſuchen und laſs immer dann
Mich in der Göttlichen Gefolge ſeyn.
Laſs deiner Prüfung Kelch, auf dieſes Haupt,
Dem Kummer heilig, reichlich ausgeleert,
Nicht auf mein Haupt umſonſt gegoſſen ſeyn.

Die Uhr ſchlägt eins. Wir merken nur die Zeit
Durch den Verluſt; und eine Zunge ihr
Zu geben, iſt dann Weisheit in dem Mann.
Als ob ein Engel ſpräche, hör ich tief
Den heilgen Ton. Er läutet, hör ich recht,
Der abgeſchiednen Stunden Todtenlied.
Wo ſind ſie? Bey den Jahren vor der Fluth.
Er iſt ein Herold, welcher Eile ruft.
Wie viel iſt noch zu thun! Hoffnung und Furcht
Stehen aufgeſchreckt am ſchmalen Lebensrand,
Und ſehn mit ſtummer Todtenangſt hinab;
Auf was? auf eine bodenloſe Kluft;
Furchtbare Ewigkeit, wie ſicher mein!
Und kann mir Ewigkeit gehören? mir,
Dem armen Gnadenſoeldner eines Tags?
Wie arm, wie reich, wie niedrig und wie hehr,
Wie künſtlich iſt, wie wundervoll der Menſch,
Wie über alle alle Wunder hoch,
Der ſo ihn machte! der in unſern Bau
So fremde Endungen zuſammenzog!
Aus manchen Stoffen ſonderbar gemiſcht,
Von fernen Welten auserlesnes Band,
Und in der Weſen groſsen Kettenzug
Ein ausgezeichnetes beſtimmtes Glied,
Das Mittel zu der Gottheit von dem Nichts,
Ein ſchwacher Abdruck unbegränzter Kraft,
Des Ruhmes Erbe, und des Staubes Sohn,
Hülfloſer Engel, Göttliches Inſect:

Ein Wurm, ein Gott! ich zittre vor mir ſelbſt,
Verliere mich in mir. Zu Hauſe fremd,
Irrt mein Gedanke auf und ab, und blickt
Beſtürzt umher, voll Wunder über ſich.
Wie ſchwindelt, wie im Taumel, die Vernunft;
Welch Wunder für den Menſchen iſt der Menſch!
Selbſt in dem Elend triumphirend groſs,
Mit welcher Freude und mit welcher Furcht,
Jetzt in Entzücken, jezt in Todesangſt.
Was rettet mir das Leben, was zerſtörts?
Ein Engelsarm entreiſst mich nicht der Gruft,
Und Legionen Engel halten nicht
Mich eingeſchloſſen in dem Kerker feſt.